

... qui genuina opera servavit
10 saec. XI. usque ad medium saec. XII. pertinen-
Is, olim monasterii Altimontensis, deinde collegiū Iesu Ant. stranha duodeci
bibliothecae Parisiensi illatus, novae acquis. nr. 264, membr. saec. XII. ex. parte pariter ut
post¹ alia scripta vel historica, vel alias argumenti f. 116—f. 157'. haec Gesta con-
tinet, brevi continuatione f. 157'. 158. addita in monasterio Altimontensi scripta.
15 Editionem magna diligentia paravit R. I. E. de Smedt (1880), opera V. Cl. Leo-
poldi Delisle adiutus, ita ut levissima tantum emendanda essent, cum Parisiis
a. 1880. constitulus eum iterum perlegerem. Pauca sustuli menda quae librario
tribuenda esse, correctoris vero manum evasisse censeo²; ceterum scribendi rationem
retinui. Scripturae specimen exhibet editio Parisiensis. Capitum numeros addidi,
ubi rubrae deerant, litteras maiores initiales secutus.

20 Codex incipit a Gestis Gerardi II. episcopi, qualia SS. VII, p. 497. edita
sunt³. Haec excipit f. 118. Vita Galceri, eaque versibus scripta. Quod ex-
emplum cum alii imitati sunt, factum est, ut magna Gestorum pars ita sit
composita, neque dubito, quin haec narrationis forma, longior et fastidiosa,
in causa fuit, quod liber rarius describatur, sed potius in epitomen redigebatur.
25 Versus quaternos octo syllabarum simili exitu coniunctos vix historica relatione
dignos iudicaveris; neque hoc tempore aliud eiusmodi opus conscriptum esse
scio. Auctor ne magnam quidem curam eis componendis adhibuit, sed regulas
saepius neglexit, duos tantum eodem exitu coniungens vel unam alteramve
30 syllabam minus congruentem admittens⁴, nonnumquam etiam a quaterno numero
prorsus recedens. Ita vero metro parum coartatus sermo liberior procedit,
res satis luculenter exponuntur, nonnumquam etiam vividis coloribus pinguntur,
scriptoris animus ubique se prodit. Ipse canonicus procul dubio Cameracensis
rebus gestis intererat, a. 1105. in Galceri causa Remos profectus est (n. 480) ubique

35 1) V. Delisle, 'Mélanges de paléographie et de bibli-
graphie' p. ...; 'N. Arch.' VI, p. 486. 2) Codicem
a compluribus librariis fortasse non uno tempore
scriptum putat De Smedt p. XVIII; sed huic sententiae
assentire nequeo. Scrip. 3) Lectiones variae levi-

simae sunt; duas tantum afferam: 499, l. 3: *a finibus*
terrarum Cameracensium; l. 14: *civibus communiter*
auxiliantibus. 4) Accuratus haec exposuit de Smedt
p. XI. n.